

Mense novembris, die quinto, defunctus est Constans imperator, filius <sup>(a)</sup> Eraclii, nepos Pogonatis <sup>(b)</sup>, in Saracusa <sup>(c)</sup>, urbe Sicilie <sup>(d)</sup>, violenti obitu, et positum est corpus eius in eadem urbe Siracusana, in monasterio Sancti Gregorii. regnavit ann. .xx.

Mense iulii, decimo die, defunctus est Constantinus imperator, filius <sup>(e)</sup> Pogonis, propria morte, et positum <sup>(f)</sup> est corpus ipsius in templo Sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila thesalonicis lapide <sup>(g)</sup>, cum uxore sua Anastasia. regnavit ann. .xvii.

Mense novembris, die <sup>(h)</sup> .xxiii., defunctus est Iustinianus imperator nasu <sup>(i)</sup> truncō, qui antea electus est <sup>(k)</sup> ex imperio e Leontio et postea reversus est in ipso imperio, et interfectus est in Damatri ab Helia quondam Chersonitum, et corpus eius proiectum <sup>(l)</sup> est in mari. regnavit cum Anastasia, uxore eius, ann. .xvi.

Mense februarii, die .xv., defunctus est Leoncius <sup>(m)</sup> imperator violenti morte per Iustinianum naso truncō et Absimario <sup>(n)</sup>, et projecta sunt corpora eorum in mari, et, reperta, posita <sup>(o)</sup> sunt in insula Protī, in ecclesia, que illic est. regnavit ann. .iii.

Mense augusti, die .xxi., projectus est de imperio Absimarus, qui et Tyberius <sup>(p)</sup> dictus est, a Iustiniano nasu <sup>(q)</sup> truncō et interfectus est <sup>(r)</sup> insimul cum Leontio <sup>(s)</sup> in ipso ypodromio, et projecta sunt corpora illorum in mari, et reperta atque <sup>(t)</sup> sepulta sunt in insula Protī. regnavit ann. .vii.

Mense ianuarii, vigesima die <sup>(u)</sup>, defunctus est Guardarius <sup>(v)</sup>, qui et Phylippus <sup>(x)</sup> dictus est, et <sup>(y)</sup> exceccatus a Theodoro patricio et Theodoro <sup>(z)</sup> stratigo, et sepultus est in monasterio Damacii. regnavit ann. unum et dimidium <sup>(aa)</sup>.

Mense iunii, primo die, Arthemius, qui et Anastasius dictus est <sup>(bb)</sup>, ex <sup>(cc)</sup> imperio a Theodosio Adramitinum exiliatus est <sup>(dd)</sup> in Saloniκy <sup>(ee)</sup>, et ipse Theodosius a Leo sabro capite truncatus <sup>(ff)</sup> est, et

(a) *Va D filii*      (b) *Va D nepus cognatis*      (c) *D Saracusana*      (d) *D Scicilie*  
 (e) *Va D filio*      (f) *Va D positus*      (g) *Va D lapidem*      (h) *Va D dies*      (i) *S nasus*  
 (k) *D om. est*      (l) *D Va projectus*      (m) *S Leuncius*      (n) *D Va truncum et absimarii*  
 (o) *S reposita*      (p) *S D Tiberius*      (q) *D naso*      (r) *S fuit D Va interficitur*      (s) *D*  
*Leocius*      (t) *D reperta sunt aque*      (u) *Va dies*      (v) *S Gardarius*      (x) *D Va Phylipus*  
 (y) *D Va om. et*      (z) *D om. patricio et Theod.*      (aa) *D Va a. .ii.*      (bb) *Va om. est*  
 (cc) *D et*      (dd) *Va om. est S agg. e corr.*      (ee) *S Va Saloniки*      (ff) *Va truncatus*